

*An extract of a Letter from Senior Ciampini, to
Dr. Croon, concerning a late Comet seen at Rome.*

Novus Cometes nuper cœlo visus est à lynceo oculo
Abb. Blanchini discipuli Cl. Geminiani Montanari.
Cometes parvus quidem sed in sua orbita regularis apparuit, lumine tenui, & tanquam stella subobscura, at tubo optico exceptus luminosior. Observaciones habes hic junctas & habitas domi optimi Prælati Vettori, viri sapientiæ & doctrinarum amantissimi, ut & illis omnifariam refertissimi.

1684, die 30, Junii St. n. Cometa primum mihi visus est, in grad. 9 cum aliquibus minutis Libræ, Latitudo ejusdem Borealis fuit graduum octo & aliquot Minutorum, quæ nondum satis certo determinare potui ex Observationibus, Gradus tamen tam Longitudinis quam Latitudinis extra Aleam Dubitationis est.

Julii die Cometæ Longitudo, Latitudo Bor.

| | | |
|----|---------------------|--------|
| 1 | 11. 18 ^u | 13. 12 |
| 2 | 13. 16 | 17. 57 |
| 3 | 14. 58 | 22. 12 |
| 4 | 16. 45 | 25. 40 |
| 5 | 18. 30 | 28. 50 |
| 6 | 19. 50 | 31. 34 |
| 7 | 21. 07 | 33. 54 |
| 8 | 22. 20 | 36. 06 |
| 9 | 23. 32 | 38. 00 |
| 10 | 24. 42 | 39. 40 |
| 11 | 25. 44 | 40. 49 |
| 12 | 26. 38 | 41. 58 |
| 13 | 27. 23 | 43. 05 |
| 14 | 28. 32 | 44. 09 |
| 15 | 29. 49 | 45. 12 |
| 16 | 00. 58 | 46. 20 |
| 17 | 02. 08 Scorpil. | 46. 40 |

Quatuor

Quatuor ultimæ meliori Indigent Calculo, nam aliquis fortasse minorum Error Irrepsit; alias etiam nonnullas habeo digi 18 & 19, quæ cum nudo Oculo habitæ sint, abluerent fortasse pluribus minutis si eas nunc afferrem. Postremis hisce Noctibus, cum jam senescente Luna stellarum etiam minorum fulgor se proderet, *Cometam* quoque languentem prospexi prope Lemniscos coronæ: eas proferam cum omnes in ordinem ut par est suum Redegero.

Observatio diei primi Julii accuratissima est, *Cometa* enim in Telescopio apparuit una cum Stella Virginis quæ *Bayero* inscribitur α & accidit sub Cingulo septentrionalis partis primæ.

Observationes sequentes usque ad diem quintam satis certæ haberi possint; omnium tamen Certissima est Observato diei sextæ, qua die Arcturus in tubo optico simul cum *Cometa* conspiciebatur. Die pariter 14, *Cometa* & stella \times in *Colorrobo* Bootis ceu Venabulo subter humerum uno intuitu detegebantur. Aliæ Observationes etiam satis accuratæ sunt,